

riò velit. Quem verè peeniter peccasse, non solum de commissis noxiis à Deo veniam, sed etiam ne eas denuò committat, opem obtinet largissimam.

Sed hæc est libidinis & luxuriæ expauescenda nequitia, quem ea semel robustius inlaqueavit, non facile amplius dimittit, nisi ligatus rumpat hæc vincula serio conatu. Hic opus est vi. Languide velle nolentis est.

Præclarè dictum à priscis: Voluntariam prædam diabolus etiam inermis expectat. Cave, quisquis es, Asinodæum libidinis præsidem. *Halitus eius quod Iobus dixit, prunas ardere facit, & flamma de ore eius egredium.* Dæmonis ad libidinem infligantis, non solum teter & pestilens est anhelitus, sed aded acer & igneus vt humanam mentem fœdi amoris incendio nimium quantum inflammet. Igitur *tentatio*, monente Paulo, *nos non apprehendam nisi humana.* Quod Gregorius Magnus explicans: *Ac si aperè diceret, inquit, Humanam quidem est tentationem in corde perpeti, demoniacum verò est in tentationis certamine & in operatione superari.*

Ioannis Climaci sententia, vitio nullo ita delectantur demones, vt fœtore luxuriæ, & nostri corporis inquinacione. Hinc Cassiani salubre monitum: Impurius affectus recordationem vel tenuissimam minimè admittendam.

§. III.

B. Vincentio Ferrerio diabolus se spectandum præbuit venerandi senis habitu, barba ad vsque genu promissa, sed è consilio quod suggesserat, coluber tortuosus est agnitus. Sic autem loquebatur larva stygia: Ego, aiebat, vnus sum è priscis patribus, qui *Ægypti* solitudinem annis compluribus magna vitæ austeritate habitavi. Iuuentutem ad Mundi leges inter delicias & voluptates exegi. Hinc senectutis vera & constans penitentia est secuta. Tu igitur mihi seni tot annorum vsu pollutenti tutò crede, & præmatatur, quam orlus es corporis castigacionem defæcato senio reserua saluberrimo consilio. Paratissimum habemus Dei veniam, vel ad vincam penitentis voculam. Vincentius è dictis stygiis fraudes subodoratus: iam noui, ait, antique seipens, tuos sibilos. Abi, nihil persuades. Deprehensum se cernens demoni non sine factore ac ciulatu grandi euauit. Sed breuiter rediit Auernalis hic lauernio, sola voce tectus. Dum enim precaretur Vincentius, velut è cælo missam vocem audit: Non omnes possimus esse virgines. Hoc voluit Acheronticus impostor, Vincentij decretum in seruanda castimonia expugnare. Hic athleta Christi ardentius precari, diuinæ Matris Virginis patrocinium ambire, & audite vocis sensum poscere. Ita demum audit non fallax, cælestis monitum: Tu autem cautus esto, & animo constanti perseuerato: Virginitas sine lucta & pugna non defenditur.

B. Ignatius Loiola postquam difficili peregrinatione in Palæstinam defunctus in Hispania rediit, non fuit consilium, reliquam ætatem sine litterarum cultu degere: nempe si quam Orbis laboranti opem ferre, Deoque impensius obsequium probare vellet, intelligebat esse cum studio viturum subsidia scientiarum etiam coniungenda. Proinde annos iam natus triginta tres aggreditur prima linguæ Romanæ elementa condiscere: eamque ob rem in disciplinam se Hieronymo Ardebalo tradidit, viro probo in paucis & humano, grandis prætextatus. Hic verò minimè otiarus artifex infernis, sed futuri sagax, magnis conatibus hoc sibi agere sumpsit, vt hæc Ignatij coæpta quam primùm impediret. Eam ad rem conficiendam, in varios se vitus identidem abdere, aliisque fraudes ex aliis ducere nunquam omittebat, in hunc præcipuè aduersarium ingeniosus. Cum enim Ignatius nominum & verborum inflexiones memoriæ mandare laboraret, tanto splendore illustrabatur animus ad capienda cælestia, vt noui nihil

posset edificere, & quod iam ante memoriæ traditum erat, facile totum efflueret. Neque videbatur Ignatius omni studio animique contentione tam amenas & sublimes cogitationes posse eludere. Ita nouitate tanti luminis percussus: Quid hoc rei est, inquit, cum oro, cum exomologesin obo, cum Eucharistiam sumo, cum totus ad diuina vigilare contendo, tantum diuini luminis se neutiquam offert: cum tracto obstrilia, & de Deo propter Deum non cogito, tam speciosæ imagines, tam miræ illustrationes menti occurrunt. Agnisco callidissimi hostis solitam vasritiem, agnosco nequissimi veteratoris fimbriatas fallacias: à descendis litteris auocare nitur. Vt igitur diaboli à studiis nequiter auocantis consilium eluderet, præceptorem suum adiit, eique dæmonis tentamenta expoluit, & nouam in proximum biennium assiduitatem pollicitus (modò panis & aqua in victum suppetat) fidem suam obstrinxit. Vnà ad præceptoris pedes se abiciens, etiam atque etiam rogauit, vt sese haud aliter atque puerum, scubi minus diligens deprehenderetur, castigaret. Ita ille tantò maxime in inceptis pergebat, nec patiebatur vt vllam aliquando studiorum omissionem stygiis laruis gratificatus videretur.

Attutissimus est tentator ex orco, qui non refugit, per discipula etiam lucrari. Quemadmodum is, qui latrunculis ludit, subinde locum aduersario cedit, & vnum aliquem latrunculum è suis auferri sinit, vt ipse duos aut plures subducatur collusor: ita diabolus honesta suggerit & vitia, vt iis regar noxia, voluptates offert, sed tectas, ita perituras, vt tantò facilius rapiat æternas.

Iosaphatus regis Abenneri filius inter puellare famulitium, quod ei pater nequissimo consilio adhibuit, de Castitatis constantia grauissimè tentari cepit. At ille sibi auxiliatorem Deum seruens, preces sub vesperam cceptas, ad solis ortum perpetuauit, & vna vim tentationis omnem excussit.

Edmundus Cantuariensis Præsul etiamnum adolescens ab impudicis feminis ad improbos amores sæpius blandissimè inuitatus, admiranda semper constantia repugnauit. Semel etiam virgis insidiatricem excipiens ad frugem cortexit.

Pari modo Bernardinus Senensis, cum iam præsentis periculo pendens à pudicitia stringeretur inter angustias & preces, hoc vnum reperit consilium: Flagro, quod ad manus tunc erat, inuitantem feminam exceperit, vt omnem in ea libidinis ardorem extirperet.

§. IV.

Mattinianus non procul Cæsarea Palæstinæ in eremum iuuenis secedens à perditâ muliere ad flagitium prouocatus iam consenserat lupæ. Subitò ipse sui memor & tribunal cæli metuens raptim media casa è sparsis sarmentis flammam exciuit, eamque nudis pedibus semel iterumque insiliit, dum ambustum eum doloris acerbitas humo affligeret. Septem ipsos menses inusta pedum vulnera tenuerunt decumbentem. At æger interim ex hæc victoria tantum percepit gaudij & voluptatis, quantum ea mulieri primùm admirationis, dein pudoris attulit & emendationis.

Haud aliter Ioannes Bonus Mantuanus incendio libidinis ardore animosè repressit. Nam assulas cuspidatas vnguis infixit, & manus sic armatas lapidi allisit summo doloris sensu. Adfuit Deus tam legitime certanti, eumque solatus in somnis: Confide, ait, perseuerabis.

Sara Thebaidis Antistita tredecim annis secum ipsa & contra diabolum acerrimè luctata est orationibus assiduis. Nec tamen vt non impugnaretur, sed vt vinceret, orauit. Sic autem ope diuina vicit, vt diabolus cogeretur vel inuitus proclamare: Vicisti, Sara, vicisti. At illa nil penitus laudis sibi vindicans: Non ego te vici,

Iob 41. 11.

1. Cor. 10. 13
Greg. par. 1
Pastoral. c.
11. mihi
p. 150.
Climacus
gradu 20.
m. p. 165.
Cassian. col.
lar. 19. c. 16.

B. Vincentius
Ferreries.
Surius, die
5. Aprilis.
Petro Rausano Panormitano, l. 1.
de vita
Vincentij,
cap. 9.

B. Ignatius
Loiola.

To Gapharus
Regis Ab-
neri filius.
Damasce-
nus de vita
Iosaphati
c. 30.

Edmundus
Cantuariensis
præsul.

Surius t. 6.
die 16. No-
uem. in vi-
ta Edmudi.

Bernardinus
Senensis.

Sur. die 20.
May in vi-
ta Bernar-
dini, c. 23.

Maxima-
nus. Meta-
phrasies
die 13. Febr.

Ioannes Bo-
nus Man-
tuanus.
D. Antonin.
part. 3. hist.
tit. 24. c. 13.

Sara The-
baidis An-
tistina.

vici,